



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

4. Sodomia imperfecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

ad procurandam pollutionem, vel quomodo-
que tangant impudicē ex affectu indebiti sexus
effusio seminis vel sit intra vas præposterum, vel
extra, puro esse sodomiam. Ita P. Antonius Mar-
tini Lector casuum in Collegio Romano, in manu-
scriptis. Si sit intra vas, est certum: si vero sit
extra, probatur, quia quavis tunc non sit copula, ta-
men per illum concubitus est affectus venereus ad in-
debitum sexum, qui propriè constituit Sodomiam: nam
sive intra, sive extra effundatur intra, sive extra, semper
in loco non suo dispergitur: locus enim præpos-
terus videtur materialiter se habere in sodomia, sed for-
maliter ejus essentia sumitur ex motivo, scilicet ex con-
fusione cum affectu ad indebitum sexum. Confutatio: quia
sodomia cum femina non alio modo committitur, nisi
per prædictum concubitus cum effusione seminis, &
inter illas enim non potest esse copula propriè; sed
sive femina commisceatur corpora ex affectu solū,
sive polluat, id est, explenda libidinis, est mollicitas: si ex
affectu ad indebitum sexum, est sodomia.

Scio Graphium cap. 90. num. 1. ex Nau. cap. 2. n. 29.
Sodomiam ad copulam sodomiticam requiri effusionem se-
minis intra vas innaturale. Sed mihi hæc sententia non
placeat. Primum, quia ut dicebam, sic inter feminam &
virum non esset sodomia: Secundum, quia talis concu-
bitus ex affectu indebiti sexus, cum effusione seminis ex-
tra vas, non est Mollicitas: quia hæc est pollutio ex affe-
ctu explende libidinis, ut supra diximus: ergo est sodo-
mia.

Solū igitur sententia Graphij est vera, quoad
penam, & reservationem, si quando sodomia est pecca-
tum reservatum: Penam enim, & reservatio cum sint
solū, & continguntur ad sodomiam principalem, & ma-
jorem notam, & undequaque certam.

Ex his ergo colligitur vir cum viro, vel femi-
na cum femina peccant per dictam concubitus, satis
esse in Confessione dicere se exercuisse sodomiam, sine ne-
cessitate dicendi semen intra, extra vas misisse. Int.
Quid dicendum, quando vir præposterè feminam con-
cubuit, & semen extra vas dispergit, dicam mox, cum
de sodomia imperfecta.

Vnum denique hic advertet, in sodomia non satis
esse dicere sodomiam commisi, sed explicandum insuper,
an quis fuerit agens, an patiens. Ita de Lug. disp. 16. sect. 1.
num. 247. Ratio est quia agens committit pollutionem,
quam patiens non, eo ipso, quod patiens est, com-
mittit.

De Sodomia cum Affine; vide cap. 4. §. 1. n. 7.
De Sodomia vxorati, vide cap. 3. §. 1. n. 3. & §. 2. n. 1.
De Sodomia cum infideli, vide c. 1. §. 1. n. 8.
De Sodomia cum Virgine, vide c. 5. §. 1. n. 2.

§. IV. Sodomia imperfecta.

In Methodo conf. lib. 1. c. 7. §. 10. an. 54. sic habes So-
domiam imperfectam quam alij vocant innaturalem
concubendi modum, est peccatum contra naturam,
per quod vir cum femina concubuit extra vas natura-
le. Est species distincta à sodomia perfecta, adeoque
speciatim in Confessione exprimenda: perfecta enim pro-
cedit ex affectu ad indebitum sexum: hæc vero procedit,
non ex affectu ad indebitum sexum, sed licet ad debitum
tamen ad partem innaturalem.

Sed quid dicendum, si quis se polluat inter ceteras
partes feminæ, coxendices, brachia, &c. Respondeo: de
hac re dictum est superius, §. 1. n. 3.

Illud hic sive recole, sive adde. Si primò sit con-
cubitus ex affectu ad personam ipsam, sexumque
fœmininum; est copula fornicaria, sive adulteri-
na, sive incestuosa, juxta conditionem personæ, at-
que adeò est aperiendus. Si secundò sit concubitus ex
affectu ad præposterar partes, est sodomia imperfecta,
de qua agimus, ac similiter aperiendus. Si terciò de-

nique sit sine concubitu, sive d. merè ad explendam libidi-
nem, est mollicitas ex se explicanda.

3. Si quis tamen fateatur absolute, concubuisse se
cum femina, regulariter intelligitur, fuisse ex affectu ad
personam primo modo, non verò secundo, vel tercio,
nisi aliud expresse fateatur. Ratio est, quia intelligitur,
illum concubitus factum esse more ordinario: mos au-
tem ordinarius est, ut vir cum femina commisceatur
ex affectu ad sexum fœmininum. Unde vides multum dif-
ferre hunc concubitus viri cum femina, ab eo concu-
bitu viri cum viro, vel femina cum femina; ille enim
est sodomiticus; qui non potest esse ex affectu ad copu-
lam naturalem: hic non est sodomiticus; quia quando
vir cum femina miscetur, semper regulariter est ad co-
pulam naturalem.

4. Hic universaliter præ omnibus peccatis luxuriæ
velim d. genter pernotes: Hæc à nobis dicta esse, ad
dandam veram harum rerum essentiam: Ceterum in
praxi Confessario expediet, tot minutias nequaquam
interrogare. Audi Filliuc, in Instruc. brevi pro Confes-
sario. circa initium: Prudens, inquit, esse Confessarius
debet in exquirendis causis circumstantiis sexus præcepti,
preparatorius ad actum consummatum, modis minutis non
necessariis, ne se vel penitentem excitet ad aliquam tenta-
tionem. Audi Conineb. disp. 7. de Sacram. dub. 7. num. 56.
Præstat aliquando Sacerdotem minus perfecte peccatum
penitentis intelligere, quam vel illi, vel sibi aliquid scan-
dali creare, & esse nimium. Audi Angelum, v. Interro-
gationes, n. 1. Confiteretur, inquit, Mulier, quod fuit cognita
extra vas debitum: non querat postea Confessarius, in quo
loco, vel quomodo, & hujusmodi: sciant quidam, qui
potius sunt Contaminatores, quam Confessores. Vide Faci-
prec. Eccl. 2. lib. 4. cap. 2. num. 8. Homobon. in exam. Eccl.
p. 1. tract. 4. cap. 12. quest. 11. de Lugo disput. 16. de penit.
sect. 14. num. 595.

§. V. Bestialitas.

1. In Methodo conf. lib. 2. cap. 7. §. 104. n. 78. sic habes:
Bestialitas est concubitus cum re animata, non ejus-
dem speciei cum homine. Ita S. Thom. 2. 2. quest. 52. art.
1. Huc reducitur concubitus cum demone; quia adhuc
ille non est ejusdem cum homine speciei, etiam si assumat
formam hominis. In hoc crimine non necessariò expli-
candum genus animalis, sive sit equus, sive sit equa, sive
ovis, sive gallina: semper est enim eadem in specie mor-
talis deformitas. Ita Filliuc. tract. 30. cap. 8. num. 161. at si
sit concubitus cum demone, debet id explicari. Ita
idem ibid. num. 162. quia superadditur peccatum contra
Religionem, id est commercium cum Dei, nostrumque
omnium nequissimo inimico.

2. Nota insuper exprimi in Confessione oportere,
an glemon fuerit sub forma feminae, vel viri, vel sub
forma talis Conjugati, vel talis Monialis professa, &c.
Ita ibid. Ratio est, quia tunc, præter bestialitatem additur
affectus ad talem.

§. VI. Additio.

1. Penam Sodomitarum legi possunt apud Doctores,
quæ omnes requirunt sententiam a judicis. Lege
Azor. p. 3. l. 3. c. 19. Petr. Matthæum, super Bull. Pij V. 27.
quæ incipit: Horrendum illud scelus, quæ est contra Cleri-
cos exercet Sodomiam, Nau. c. 27. n. 247. Solū dubitari
posset de Excommunicatione in Clericum sodomitam;
sed nec est lata sententia, ut patet ex c. Clerici de excessib.
Prælat. Quoad invaliditatem testamenti Sodomitarum;
lege Menoch. de Arbitr. l. 2. cent. 3. casu. 286.

2. Ex copula nefanda non oritur affinitas, ex San-
chez lib. 7. matrim. disput. 64. num. 13. & 14. sufficere tamen
ad divortium: ex eodem lib. 10. matrim. disput. 4. à nu-
mero 2. S. Thom. in 4. distinct. 31. quest. unic. art. 1. ad 4.
jam nunc communis est doctrina, apud Doctores fusiùs
legenda.

3. Quoniam